



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ  
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1681**

xxii [i.e. viii]. Implicat, sensum versari vitataliter extra suum objectum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

turaliter nequit imprimere speciem divisibilem, aut immediatè movere sensum. Quintò ut sit attemperatum organo; sensibile enim nimis vehemens lædit organum, ut lux solaris intensa oculum humanum.

VIII. Nullus sensus, ne divinitus quidem, versari potest vitaliter extra objectum suum adæquatum, sive elevari ad percipiendum objectum proprium alterius sensus, quod nullo modo naturaliter potest attingere: sic auris nequit percipere colorem, oculus sonum, vel rem spiritualem: ideoquè tantùm elevari potest intellectus ad videndum Deum, quia circa hunc naturaliter & obscurè versari potest. Perciperet enim tale objectum, ut dicitur, & non perciperet V. G. auris colorem, quia videre, non est solùm, speciem expressam qualitercunquè procedere à tali principio vitali, nimirum aure, illiquè inhærere (quod facile admittent Patroni potentia obedientialis illius latissimæ) aliàs & lapis sic elevatus ad verbum mentis producendum, posset per illud intelligere; sed est producere terminum, exigentem connaturaliter procedere à tali principi-

principio, eiq; inhærere, qualiter species expressa visiva non exigit procedere ab aure, illique inhærere.

IX. Errare quidem non potest sensus errore strictè dicto, judicando aliqua identificari, quæ inter se identificata non sunt, vel contra; potest tamen absquæ affirmatione & negatione aliter repræsentare rem, quàm illa reverà in se sit; idquæ vel ratione organimalè dispositi, ut dum propter palatum bile infectum dulcia videntur amara: vel ratione medii, ut dum per vitrum rubrum omnia apparent rubra, vel dum propter nimiam distantiam, quadrata videntur rotunda, vel ex varia incidentia lucis, reflexione & refractione specierum. Quibus non obstat, species, utpote naturales objecti imagines, semper illi esse conformes: nam repræsentarent hæc objectum sicut est, si transire non deberent per medium vitatum, cum cuius speciebus confunduntur, aut nisi organum invenirent indispositum. Ubi observandum est, errari frequentius circa objecta communia, & non tam circa sensibilia per se, quàm circa sensibilia per accidens.